



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Li. An Christi ad inferos descendentis anima fuerit extincta, aut  
extinguibilis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

Primam esse dicunt falsam: Quia de eo nusquam nullus Euangelista. 2. Quia non descendit Divinitas in orcum; erat enim, estque ubique: Non Corpus; quia requieuit triduo in sepulcro; unde & resurrexit: Neque Animam Christi descendit: 1. Quia nil de hoc Scriptura: Sed fuit in Paradiso: Iuxta id, Hoc die mecum eris in par. Idem ait: Pater in manus tuas commendo Sp. meum, Luc. 23. id est, animam: secundum quam fuit in paradyso, &c. Non in inferno: quia Non ut in eo pateretur: Non ut Patres liberaret: quia hoc fecit patiendo in terra; fecit efficaciam sua Diuinitatis ab initio mundi, non locali descensu ad inferos. Et Patres non erant in inferno, cum Iustorum anime in manu Dei sint, id est: in sine Abraham.

Quidam statuunt descensum ad inferos post mortem; non ut pateretur, aut liberaret Patres; sed ut victoriam ostentaret, terrorem incuteret diabolis. Sed hoc nusquam in Scriptura. Et post mortem dicto, Consummatum est, anima Christi quieuit in manu Patris, &c. Hæc PARÆVS. Demum sententiam quarum statuit suam: SVADET, 1. ex Agonia, ex clamore, Deus meus, &c. 2. Ratione: 1. Christus animas & corpora debuit redimere; ergo & corpore & anima pati: 2. Debuit nos ex cruciatus inferni liberare: ergo eo ipso prius tolerare. 3. Tacerentur iij cruciatus in Symbolo, nisi in hoc de descensu articulo subintelligerentur, &c.

Hæc ferè Theologia est ac sententia Pareana, hoc est, Calviniiana. Refero hæc strictim; omitto multa; refuto nulla: referuo ad singulas quæsiones singula. SVASIONES reddam, ac diluam quæst. 52:

#### QVÆSTIO LI.

*An descendens ad inferos Christi  
Anima fuerit Extincta?*

LUTHERANI quidam disertè dicunt, ut BENE  
LUTHERI in Catechismo anni 1551. Descensum  
inferos esse penitus interire. Idem in Acto. c. 2. Chro-  
nium facit ita loquentem t. Descendam in infernum  
sentiam doloris inferni, & planè Perisse videbitur.  
Metam in Recognitione pag. 18. de inferno sciens obli-  
ret, & eum in Catech. anni 1552. Sepulturam esse vidi  
ibidem: tamen pag. 275. ita Christi Descensum diligenter  
cum Vbi quietariis, quo uero ipse primus post Christum  
feros descensus duplex fuit. 1. Cum adhuc corpore  
in terra vitam agens, suscepit dolores inferni. Hoc  
tempore principale factum est, cum in cruce clamat, Da  
meus. &c. Hic enim clamor significat, Christianis  
bus inferni obrutum, & flammis eterne accensum fuisse.  
2. Cum mortuus depositus est de cruce, & in terram  
sepultus, ut VIDERETVR PRORSUS INTERI-  
ORE: Hoc autem est Descendere ad inferos, videbitur  
& omnino EXTINGUI.

CALVINISTÆ iuxta cum LUTHERIANI  
sentient, vel ipsam Christi Diuinitatem pri-  
ac mortuam fuisse: Quantò minus vita quo-  
quam relictum Anima tribuerint? Vide  
suprà quæst. 16.

ANABAPTISTÆ sentiunt, Descensum  
feros esse interire, extingui: Et Christi anima in inferno  
docent; Verum postea rei scitam residere. Ita apud  
Bayum lib. 1. Institutione religionis. c. 214. At. V. id  
Atheismo aperit; pugnat Concilis, & S. Paulini  
Bell. 1. 4. de Christo c. 14. 2. Democritus, teste Laetus  
lib. 17. Diuin. Inst. c. 7. animas cum corporibus  
dissolvi ac perire asservit; Quem Plato reunivit de  
animæ immortalitate differens. Anabaptisti ergo sunt  
Democratæ: Forumque affines Lutheri Calvinistæ.

CALVINUS in sua Psychopannychia, al-  
Anima Christi mortui semper viuente docet  
Iustorum quoque animas non dormire, id  
est, non extingui morte: euidenterque An-  
baptistas conuincit, dicentes, dormire ani-  
mas, id est, extingui. Verum ita argumen-  
tatur, ut lenitatem cernatur, ab inferno animas  
absorberi, esse animam extingui. Sic enim ait:  
Anima Christi vitam suam nunquam perdida.  
Cur? Quia Patri commendata, non poterat  
salua esse. Verum est. Id voluntaria: Non  
derelinques animam meam in inferno. Act. 2.  
Nam anima eius diuina virtute suffulta est, ut  
in perditionem rueret. Ergone quæ non sic  
suffulta fuerit, perit: ut reprobantur?

AUTOR. Negat quidem Calvinus  
sab sine corpore libri, Animas impiorum in-



terite, vel extingui post solutionem à corporibus: Verum tunc Aut non efficaciter conuincit Anabaptistas, dicens, Animam Christi ex eo immortalē fuisse, quod coniuncta Deo non sit permissa ruere in infernum: Aut certe sequitur; Animas impiorum extingui, &, quod ruant in infernum.

2. Deinde, Quia dicit Animā Christi non interisse, quia diuina virtute suffulta fuit: Ergo sensit CALVINVS, quod ex seipso fuerit extinguisibilis; sed inextinguisibilis ob Dei virtutem. Cū autem Dei virtus ea, seu gratia, procul ab aliis ab impiis animabus; necesse fuerit eas extingui, juxta Caluinum.

3. Istud declarant producti ab eo typi. 1. Prebet argumentum immortalitatis animae sua, cū Ionam triduo immersum in ventre ceti, mortuā sua typum constituit. Venter ille mors est. Animam igitur saluam in morte habuit: modo scilicet quo Jonas, virtute diuina suffulta: Sine hac Jonas periret, periret & anima Christi. 2. Item ibidem: Quid est quod Isaac non moritur; nisi quia, quod proprium est homini, immortale Christus praestitit, hoc est, Animam? Aries vero, animal irrationale, qui in eius locum ad mortem substituitur, corpus est. Sicut igitur Isaac erat ex natura morte deibilis, ita Christiana ex Se, (iuxta Caluinum) dici videtur extinguisibilis, nisi diuina virtute suffulta perdurasset.

4. Non absorberi Animam ab inferno, sed suffulciri à Deo, est Caluino, Non extingui eandem: Ergo Absorberi eam, esse debet illi, extingui: Nec enim datur medium. Atqui suprà ex ipso Iapius accepimus, Animam Christi absorptam

fuisse: Ergo & extinctam fateri cogitur: quantumcunque id contra Anabaptistas negat.. Quare istud: Descendit ad inferos, erit Caluino idem quod, extinguis interis.

### Q V A E S T I O L I T.

*An Christi Descendisse ad inferos, sit gehennam pertulisse; Sicque nos Redemisse?*

VTHERANVS, ex Luthero in Psal. 16, Schmidelin, Epino, vbi suprà &c. affirmant talia: Christus vero ad infernum damnatorum secundum TOTAM PERSONAM, post crucis mortem descendit: & ibi peccatorum nostrorum in anima & corpore, poenas luit: igne infernalem expertus est, & gehenna flammam degustauit. MELANCHTHON in Loci Communis cap de Filio, bis dicit, Christum iudicatum grauissime cum tentatione de Abiectione sui. BRENTIVS in Act. 2. Christus infernus per se ipsum esse dolores ait. &c.

CALVINISTÆ; nominatim CALVINVS Institut. I. 2. c. 16. §. 8. 9. 10. II. 12. Et in Cathechismo parvo: In Psychopann. Et in Matth. c. 27. docet, dici Christum ad infernos descendisse: quia passus est dolores animarum damnatarum. 2. Hosce nile est, nisi anxietatem conscientia coitantis iracum sibi Deum. 3. Christum sibi Deum infernum apprehendisse, tum propter nos, tum ob metum propria salutis amittenda; indeque ineffabilem animi anxietatem perpetuum, quallem, qui scis: t. aeternum se se peritum. 4. Sic in orco versari coepisse Christum in horto. In cruce clamantem abiisse profundius: In morte profundissime absorptum aeternae mortis reum irato Deo. 5. Huic cali ad infernos Christi descensu totam nostram tribui Redemissionem: ut sine qua Christi mors in cruce nullius pretij extitisset. Inst. I. 2. c. 16. §. 10. Nihil actumerat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus: Sed opera simul premium erat, ut diuina ultionis scueritatem sentiret. Et infra: Unde etiam eum oportuit cum inferorum copys quasi consertis manibus luctari. Similia fuisse in Matth. 27. Praemissa carptim ex illo perstrinxi: Verbotum liquent suprà.

L 2 Sum-